



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apis Argvmentosa P. Georgij Schrötelij

Schröteli, Georg

Coloniæ Agrippinæ, 1633

Civitas Refvgii. a. Vrbs Fortitvdinis. b. Refvgivm Peccatorvm. c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46515)

CIVITAS REFUGII. *a.*
 VRBS FORTITVDI-
 NIS. *b*

REFUGIUM PECCA-
 TORVM. *c*

INter alia antiquæ misericordiæ Dei signa, qua populum suum in Veteri Lege suaviter dirigebat, hoc non infimum fuit, quod ex mera bonitate re-ctis corde cauerit, vt si quis forte casu, & errore aliquo, imprudens alterum occidisset, perfugium haberet in aliqua ex sex Ciuitatibus, ad hoc nominatis, *d* vbi secure viuere possit, nullique liceret eadem vindicare, vel hoc nomine reum ad tribunal rapere.

In noua quoque Lege, & tempore gratiæ, similiter hominibus aliquo scelere

K 3

a Num. 35.

b Esa. 26. *c* Prou. 10,

d Num. 35.

lere obstrictis, securum Deus perfugij locum concessit, vnde non liceret hosti humani generis, talem reum statim ad iusti Iudicis tribunal vlla vi rapere. Et hoc est patrocinium Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ: Hanc Ecclesia ita veneratur, & salutatur, Ciuitas refugij, ora pro nobis.

Ita eam salutatur B. Ephrem: *a Aue, inquit, peccatorum refugium, & hospitium: Aue refugium in Hierosolymis, ad quam nimirum refugere possunt peccatores; & ij qui in S. Ecclesia, per Hierosolymam sanctificata degunt.*

Damascenus sepulchrum B. Virginis appellat Ciuitatem refugij, quo omnibus peccatoribus confugere liceat. *b*

Andreas Cretensis, *c Gaude, inquit, diuinum inter Deum atque homines reconciliationis perfugium.*

Et verò piè, aptèque Ciuitati Refugij, & quidem Hierosolymæ comparatur.

a Serm. de laud. Deip. b Orat. 2. de dormit. B. Virginis. c Orat. de Annun.

cur. Memoriam subit vaticinium illud
 Esaiæ, quando Sennacherib Rex Assy-
 riorum Hierosolymam deuastare cona-
 batur, tum Rege Ezechia, pro populo,
 & Ciuitate in Templo Domini, orante,
 Esaias Propheta ita Regem solatus est:
 Hæc dicit Dominus; *a Non ingreditur
 Urbem hanc, nec mittet in eam sagittam; pro-
 tegam urbem hanc propter me, & propter
 Dauid seruum meum.*

Sanè hanc nostram sanctam Ciuita-
 tem ita Deus custodiuit, vt Regem Af-
 syriorum (Dæmonem) ab ingressu pro-
 hibuerit, ne vlllo modo eam peccati labe
 inquinaret; sed nec passus sit, vt vel sa-
 gittam venialis peccati, imo nec origi-
 nalis in eam iaceret. Et hoc propter se, &
 propter figuratum Dauidem (Chri-
 stum) qui habitauit in ea.

Hæc verè est Vrbs fortitudinis no-
 stræ Syon: Saluator positus erat in ea: *b*
 Murus, & antemurale. Iosephus de
 bello.

K 4

a 4. Reg. 19.*b* Esa. 26.

bello Iudaico Hierosolymam scribit tribus muris fuisse cinctam. & ita hæc tribus gratiarum, & prærogatiuarum propugnaculis, contra tria genera peccatorum, Originale, Veniale, & mortale. Confortauit Dominus seras portarum eius, neque Inferi hæctenus contra eam ullis machinis præualere potuerunt; quia posuit Deus fines eius pacem, & benedixit filiis eius.

Ad hanc verò non tantum ijs confugere licet, qui ignorantèr & præter voluntatem, homicidium commiserunt, sed indifferènter omnibus mortalibus, quantumuis grauiſſimorum scelerum sibi conscij sint. *Omnes alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.*

Fluminis impetus lætificat hanc Ciuitatem, fluuius inquam omnium gratiarum, & prærogatiuarum. *Vere*

gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei.

PIÆ

a 4, Lib. 6. c. 6

PIÆ CONSIDERATIONES.

I.

Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Non tanti videtur æstimare Deus, quæ ex fragilitate, ignorantia, errore, aut casu aliquo, committimus. Patet in homicidio inuoluntario: His perfugium aliquod permisit Deus. Vult agnosci Rex, non Tyrannus: Pater, non Vitricus hoc nomine ex omnibus viribus nostris diligendus.

2.

Requirit tamen Deus, quasi per modum pœnitentiæ, vt reus limites Ciuitatis refugij non excedat, sed illo loco sese contineat: alioqui occidi poterat reus ab aduersario, si extra ciuitatem repertus fuisset. itaque carcerem condonat, Arrestum statuit. Ita Semei post gratiam à Davide factam à Salomone morti adiudicatus fuit,

K 5

a quod

tri-
tri-
ro-
to-
ale.
um
eam
quia
ne-
fu-
vo-
int,
ous,
um
Ty-
llic.
Ci-
ra-
IÆ

a quod ex inobedientia, vel contemptu, praescriptos ei limites excessisset. Peccator qui sub pallium gratiae B. Virginis confugit, tamdiu tutus est, quamdiu se humiliter sub eo continet.

3.

Neque verò diu peccatori expectandum, sed maturanda fuga in hanc Ciuitatem: quia aduersarius, tanquam leo rugiens circuit, quærens, vt cum deuoret.

4.

Qui autem ad hanc Ciuitatem confugit, tam benè moratam, & tam pulchris legibus florentem, debet decenter, & conformiter illis legibus viuere. Non decet exulem libere in Ciuitatis leges peccare, alioqui in periculo est, ne eijciatur. Caue ne abutaris Patrocinio B. Virginis.

5.

Post obitum Sacerdotis Magni, qui oleo sancto vnctus erat, licebat impunè re-

a 3. Reg. 2.

ne redire ad propria. Post mortem Christi Redemptoris nostri, propter infinita eius merita, liberi facti sumus, & manemus, modo nos nouo scelere non inquinemus: alioqui semper necesse erit ad asylum hoc confugere. Crebra autem iteratio criminis, & crebra fuga, notam non paruum, iustam indignationem Patronæ, & pericula creant.

6.

Ingenui & prudentes, semel à periculo mortis exempti, cautiores fiunt, causam infortunij inquirunt, cauent, & cum Iob omnia opera sua verentur, ne in pristinum malum incurrant.

7.

Valde utile, & laudabile est, vt in omnibus actionibus nostris bonam intentionem habeamus, & probatum scopum nobis præfigamus, vt constet Deo simplicitas cordis nostri. Quæ enim non ex malitia, sed ex imprudentia, &

tia, & præter voluntatem delinquimus,
facilius Deus condonat.

ORATIO.

O Commune asylum, & refugium
peccatorum, Vrbs fortitudinis
nostræ, gloriosissima Virgo Ma-
ria; Ego afflictissimus reus, de varijs, ijs-
que grauissimis criminibus mihi con-
scijs, quem iusta Dei vindicta, ad sup-
plicium quærit, sub tuum præsidium
confugio: Ah lateam securus sub tuæ
pallio gratiæ, tot priuilegijs à Rege Re-
gum dotato. Admitte me inter ciues,
inter filios inquam tuos, quibus bene-
dixit Dominus. De admissis parce,
spondeo emendationem. Ne memi-
neris ingratitude meæ, & extremæ
inconstantia, qui toties ad te confugi,
& rursus profugi, antiquis vel etiam
nouis me sceleribus inquinans; ex ma-
nibus inimici toties elapsus, denuo an-
helus

helus & supplex ad te confugio. Stat
 animo posthac tuis me limitibus con-
 tinere; Fac vt inter ciues tuos securus
 viam, & hostes meos, ac meritas pœ-
 nas effugiam, donec aliquando ad pa-
 triam, vnde exulo, redire liceat, & dul-
 cissimæ libertati restituar, eaque æter-
 num fruar, te patrocicante Regina
 mea. Quæ in cœlis coronata trium-
 phas in omnem æ-
 ternitatem, A-
 men.

K 7

V E